



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

13. Perde pecuniam propter fratrem, & amicum tuu[m], & non abscondas  
illam sub lapide in perditionem. Eccl. 29.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

habeas, & multum generositatis, erubescere ipsemet quod ejus recorderis.

Non satis generosum est, desuper tacere, perfecta honestas requirit, ut id etiam obliviscaris.

## REGULA DECIMA-TERTIA.

*Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem.*

Eccl. 29.

## PARAPHRASIS.

*Expone pecuniam tuam periculo, dum eam fratri aut amico mutuo das, & crede, quod sit semper honorabilius & securius in manibus esse illorum, quam esset in thesauro abscondita, & occlusa sub saxo.*

## REFLEXIO.

**D**ebes credere, quod perdideris pecuniam, dum eam amicis inutilem reddis. Quando te rogant pro aliqua gratia, sis promptus ad eam offerendam: nullum aliud time periculum, quam quod nimis diu deliberaveris, & aliam

K 7

non

non habe displicentiam, quam quod  
illos non præveneris, & quod non fe-  
ris tam felix, ut potueris divinare, quod  
tui indigeant.

Habe in his regulam illius antiochi  
herois, qui dum à suo thesaurario  
gueretur, quod nihil amplius habeat,  
quod suæ liberalitates ipsum enervare  
runt, hoc heroicū illi dederit responsum.  
Erras remanet mihi omne id quod de  
navi: ad me spectat nunc amplius quod  
unquam, cum sit in manibus meorum  
amicorum. *Hoc habeo quodcumque de  
navi.*

### REGULA DECIMA-QUARTA.

*Qui denudat arcana amici, fidem  
perdit, & non inveniet amicum  
ad animam suam. Eccl. 27.*

### PARAPHRASIS.

*Aperire secretum amici, est perdere  
multos amicos. Homo infidelis a nullo  
amplius amabitur; Et illi qui confidit  
dederunt ejus loquela, primi erant  
qui ipsum timebunt & odio habebunt.*

REFLE